Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sicut lucas dicit ascendere cum illo in templum ad peragenda sollemnia
si secundum mattheum iam herodi per magos notum erat eum natum
pro quo cum eo quereret tot occidit infantes.

XII. De uerbis iohannis inter omnes quattuor.
XIII. De baptizato ihu.
XIIII. De uerbis uocis quae facta est de caelo super baptizato.
XV. Quomodo secundum iohannem euangelistam dicat iohannis
baptista ego non noueram eum cum secundum alios
inueniatur quod iam nouerat eum.
XVI. De temptato ihu.
XVII De uocatione discipulorum piscantium.
XVIII. De tempore secessionis in galileam.
XVIIII. De illo sermone prolixo quem secundum matheum habuit in monte.
XX Quomodo dicat matheus centurionem ad eum accessisse
pro puero suo cum lucas dicat quod amicus ad eum miserit.
XXI. De socru petri quo ordine narratum sit.
XXII. De ordine rerum quas post hoc narrant utrum nihil
inter se dissentiant mattheus marcus et lucas.
XXIII De illo qui a domino sequatur quocumque ieris et aliis quae
iuxta sunt quo ordine narrentur a mattheo et lucam.
XXIIII De nauis fretatione eius ubi dormiuit in nauicula
et de expulsis daemoniis quos permisit in porcos quomodo
ea quae gesta ut dicta sunt conueniant inter matheum
marcum et lucam
XXV De paralytico cui dixit dimittuntur tibi peccata et tolle
grabatum tuum maxime utrum lucas ubi hoc factum est.
conueniat inter mattheum et marcum quia mattheus dicit in
ciuitate sua. marcus autem capharnau
XXVI. De uocatione quoque matthei utrum marco et lucae
qui dicunt leuin alfei id est mattheum congruat.
XXVII. De conuiuio ubi obiectum est ei quod cum peccatoribus
manducaret et quod non ieiunarent discipuli eius